

---

VALETUDO sustentatur notitiâ sui corporis : & obser-  
vatione quæ res aut prodesse soleant, aut obesse; & conti-  
nentiâ in victu omni atque cultu corporis tuendi causâ; &  
prætermittendis voluptatibus, &c. CICER. *de Offic.*

OPTIMUM verò medicamentum est opportune cibus  
datus. CELS. *de Medic.*

OMNES homines artem medicam nosse oportet : & ex  
his maximè eos qui eruditionis ac eloquentiæ cognitionem  
habent. Nam sapientiæ cognitionem MEDICINÆ sororem  
ac contubernalem esse puto. Sapientia enim animam ab affec-  
tibus liberat : augetcit autem intelligentia præsentē sanitatē,  
cujus providentiam habere honestum est eos qui rectè sen-  
tiunt. At ubi corporis habitus ægrotat, neque mens ipsa  
alacritatem habet ad virtutis meditationem. Morbus enim  
præfens, animam vehementer obscurat, intelligentiam ad  
adfectionem per consensum ducens.

HYPPOCRATES, *lib. de Nat. Hom.*

---